

**E**Reuerendissimo in christo patri/domino Iohann de Dalburg/ecclesiae Vormacien  
sis & Vangionum antistiti eruditissimo: Sebastianus Brant cum felicitate Salutem.

**E**Parthorum regem sine munere nemo salutat. Ego vero Reuerendissime præsul/totius vitæ & salutis meæ rex & imperator: tametsi oia post deos immortales/tuæ sanctissimæ debo dignitatib; pro tua singulari nobi  
licet humanitate/qua me miserū hominē/longa iam & incredibili beniuolentia & charitate prosequi di-  
gnatus es: Nihil tamē munieris quod tanto sit principe dignum: tuus tibiq; deditissimus/ad presens mitte-  
re potuit seruulus: q; pronam intaminataq; obsequendi voluntatē. Hac vna re nescio si quid maius gra-  
uiusq; quisq; mortalium offerre possit. Est etenim neq; Croesi neq; Midæ diuitijs posthabendus gratifican-  
di animus. Et vt est præclare apud Iosocratem: vobis principibus aurum cœlatum/preciosam supellectilem  
cæteraq; id genus dono dare (quarū rerū apud vos magna est copia) cū qui donat ipse indigeat: nō tam do-  
nare: q; p; operata quadam mutatiōe/astute callideq; vobiscum mercari videtur. Cæterum cū memoria meū  
repeterem: quātū bonarum rerū vsus atq; doctrina: priscaq; celebratissimorū quondam principum orna-  
mēta: iam prope hac nostra ætate in terris extincta: in te vno principe optimo/cumulatissime reluceant/splē-  
didissimeq; reuiuscāt: Et ego interea a nōnullis litterariæ officinæ bibliographis interpellarer/vt impressiōi  
huius operis (q; bibliam appellant) cōmendaticias apponere litterulas:& id officij/tuæ illustri magnificen-  
tia nō ingratu fore sperare: statui illud tuo nomini celebratissimo dedicare. Soles enim pro innata tibi vir-  
tute/non solum quæcumq; ad informandū optimum principem pertinent/periucunde & studiose excipere:  
Sed & quicquid vbiq; bonarū litterarum cōperitur studiosius exquirere: ingenti quoq; obſeruatione perco-  
lere. Vnde cū ad cetera diuina tua ornamenta: etiam doctrinarum & omnis humanitatis cultus accesserit:  
quo cūctos nostri tēporis antistites/litterario studio (quod & græce & latine/glorioso cōplexus es) integrē  
moq; & prudenti cōſilio quo plurimum polles:nō modo adæquaſti/sed & longe superas: factū est vt haud  
ab re magnipotentissimus Romani culminis moderator/diuis Maximilianus: te quæ anteā imperij sui prin-  
cipem habuit: paucis iam transcurſis diebus/etia in secretissimum rerū suarum agendārum principem & cō-  
ſularem virum/iure quidē meritisſimo inseruerit. Sed vt ad muneric nostri (vnde digressus sum) redeā  
excellentiam: Mirum est inclite præſul: quātæ dignitatis/quātæ auctoritatis/commoditatisq; sit huius bi-  
bliæ opus: nec id paucis explicabo verbis. In hoc enim codice/totius sacræ paginae cōperitur basis & fulci-  
mētum: quippe cum spiritu ipso diuino verba huius textus singula & dictata & prolata fuisse/nemo est qui  
ambigit. Adiungitur quoq; in hac nostra impressione/verbis textus/glosula tam interlinealis q; marginalis:  
quā ordinariam vocant. In qua operæ preцium est videre tot sanctissimorū virorum: tot præſtatiuumq; docto-  
rum pregnantes sententias/tam elegāter tam q; conuenienter ad verba textus applicatas: vt ex his non mo-  
do fructum/sed & delectationem mirandā lector sit habiturus. Reperitur præterea suo loco et ordine præcla-  
rissimi patris Nicolai de lyra/plurimū vtilis cōcinnacj tam litteralis q; moralis postillatio. Est deinde studio  
so lectori magnopere profutura/laboriosa illa Decreti & Bibliæ consonās in margine apposita cōcordia. Ve-  
nit postremo vñhementer considerandum opus ipsum/multo ingenio/multa quoq; arte & industria rā ma-  
gistraliter ordinatum: vt nescias/qd primo: quodve posteriori loco cōmendari cōueniat. Si enim medium  
ipsius paginæ vtrolibet inspicias faciem: pronus se offert grādioris aliquātulū lituræ textus: supra cuius sin-  
gula verba/singulas cōpieries interlineales glosulas: paruas quoq; vtrobiq; litterulas demōstrantes easdē:  
Si dextrū cōspicias cornu: vt plurimū manu annotatā/offendes glosam ordinariā: & ex eadem lateris parte  
characterulos tam textui q; margini appositos: sibi quoq; inuicē correspōdetes. Si vero sinistrorum/litte-  
rulas prope textū vagantes cōsiderabis: hæ tibi glosas lyra representabunt: quæq; ex illis cruce forsan mu-  
nitæ reperiuntur: hæ tibi moralitates lyræ in fine cuiuslibet capituli seorsum recollectas exhibebūt. Memi-  
nerit nihilominus lector: q; in fine cuiuslibet columnæ/signa verbaq; animaduertat. Vbicunq; nēpe illud si-  
gnum / in principio vel fine cōperit: sciat glosæ ordinariæ continuationē/ea designari nota. Qz si verbum  
aliquod continuationis ponatur in fine columnæ: quod similiter ponit in principio alterius subsequētis  
columnæ: haud dubiū erit quin postillæ lyræ denotet cōtinuationē. Incredibile dictu est/præſul venerandissi-  
me/q; mira q; artificioſa sit rerum omnī in hoc opere tum locatio/tum cōtinuatio: in tantum vt singula  
verba textus: suas in eadem charta et aspectu reperiāt glosulas/adeo appropriatas/adeoq; ad manum cōpe-  
ribiles: vt ne folium quidē vertere opus sit. Sunt præterea tot tantæq; in hoc libro cōmoditates: ingeniosacj  
inuēta/additionū replicationūq; nūc alibi ad bibliā redactæ: immitiōes: quas si singulas recēdere pgā:  
& calamus defecturus: & ego supraq; deceat modū epistolæ sim excessurus. Hanc sibi puincā optimi ciues  
noſtri/mihiq; præter ceteros chari: Iohannes petri de Langendorff: vna cū Iohanne froben de Hamelburg  
præstantes artis impressoria idigraphi: maximis quidem impensis: maiori autē opera & diligentia: bien-  
nis prope spacij labore nauarūt: ad finemq; deo omniū bonorum auctore/duce/in inclita Basileorum vr-  
be/principante diuo Maximiliano Romanorum rege glorioſissimo victoriosissimoq; atq; triūphatore ma-  
gnifico/feliciter perduxerūt. Quod quidem opus per partes diuisum/sumarijs quibusdam annotationi-  
bus eorum librorum qui singulis in partibus continentur: epigrāmate nostro præscripto cōplexus sum: &  
quoad per me fieri potuit emendatum reddidi: tibiq; præſul magnidecentissime nominatim dedicauit: vt  
quicquid legētes/ex hoc labore/voluptatis utilitatisq; percipient (sunt autem percæpturi plurimum) id to  
tum vni tibi principi elegantissimo/eruditissimo/atq; optimarum disciplinarum amantissimo acceptum re-  
ferent. Vale mi humanissime princeps: & me cōmendatum habe: tibiq; tanq; mihi patrono benefico & opti-  
mo persuade/tuum beneficium apud me nunq; intermoriturum. Iterum vale doctrinæ morumq; parens.  
Vale & salue præſulum decus. Ex Basilea nonis septembribus. Anno. M.cccc. xcviij.